



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia. 22. Herodis Herodiasque crudelitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

(a) Pythagoras, & ali sanguineas in Lunalit-  
teras arte magica abs se inscribi fingeabant, easque  
ostendebant.

Elegia. 22.

Herodis Herodiadisque crudelitas.

Vos par vrget amor concordi currere fræno,  
Deperit incestum Iuno scelestæ louem.  
Et quasi non Iouis hic sat sit furor asper in hostem,  
Asperat immites coniugis ira minas.  
Hinc sitit Herodes, Herodias inde cruorem.  
Hæc sceleris causam sciscit, at ille scelus.  
Par ut vterque furit, par vrget vterque periculum;  
Et par inde nefas constat adulter Hymen.  
Inde dies ubi læta redit genialibus horis,  
Iucundique vocant annua ferta tori;  
Et redit ad cœnam funesti scena furoris,  
Digna Thyestæ denuò nube premi.  
Stat detectandæ cœnæ caput agnus in auro,  
Quem laniat sanguis bellua terna modis.  
Non perdix, non pauo sapit, nec Phasidos ales,  
Ebria Peucino nec placet vua mero.  
Non nisi delicias caput illætabile vatis  
Hic facit, & pascit gaudiæ lauta crux.  
Heu rabies! quam non Theris omnibus eluat vndis.  
Cui tot ad illecebras mors nisi cruda sapit.  
Quis neget hic epulum condi ferale Megæris.  
Pocula queis sanguis fercula truncus homo,  
Nec sat id est sceleri. ( quisnam furor iste furoris?)  
Insuper obsecenis polluit opprobrijs.  
Hic medio caput vngue procax desigit, & vncæ  
Nare sonat, rhonchos, sibilaque ille vibrat.  
Aut fodit alterno postica ciconia motu.  
Exserit hic linguam, despuit ille probrum.  
Censeret feri ludibria scurra  
Triste caput; surdas cui fremit ira minas.

Luminaque in saeo scelus indignantia nimbo

Ardent attonitis fulmina bina toris.

Increpat & multo manans vox sanguine cædem;

Cædem, quam nullis expiet Aetna rogis.

Ast ego quid dicam ? tu suggere, quisquis es, hospes.

Flebo, quod hic flebis ; quodque querere, querar.

Natalem id nasci est Eoo Edere lucem ;

Si mors sanguineis Phosphoros umbrat aquis ?

Cernis adhuc oculos media vel morte minaces ?

Fulmina torua vibrant, & sine nube tonant.

### Elegia 23.

#### Diræ & minæ in adulteros.

**S**pectatum satis est, funesto vela theatro  
Volue dolor, vindex deinde reuolue furor.

Lude Choro, lupa, triste scelus, crispisque cachinnoe  
Ingemina ; ferro Vox ubi iussa mori est.

Omnis in extremam nondum sol occidit horam.

Alter adhuc alio voluitur orbe dies.

Tempus erit, vindex quo sceptra recudet in enses,  
Ut patiare nocens, quæ patienda iubes.

Mutabitque in busta faces, ac vincier olim  
Ante corona cemis, facta catena pedes.

Facta times ? facienda caue: grauis incubat vltor.  
Quæ modo blanditur spes, timor asper erit !

Iam superest tragicum quæ claudat scena furorem,

Scena theatrale criminis docta necem.

Quis pudor hic noxae, quæ deinde pudoris imago est ?  
Denique quis vindex hæc piat ausa dolor ?

Sis memor illa, tibi iam cor defigit, & aures ,  
Quæ tulit augustum perfida sica caput.

Crudus adhuc, toruusque scelus, scelus increpat hostis,  
Posthuma cui seras ruminat ira minæ.

Ille, vides ? truncus qui manat corpore sanguis,  
In tua quod manet vulnera, sulfur erit !

Tam bene quæ saltas, aliena pericula demens,  
Ipsa tuo letho triste piabis opus.

Illidet